

1.8.1949

*La Sacra Congregazione dei Religiosi precisa al procuratore generale dell'Opus Dei quali documenti si debbano presentare agli Ordinari locali allorché si apre un nuovo centro dell'istituto nelle loro diocesi.*

Beatissime Pater: Procurator Generalis Instituti *Opus Dei* ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus, quaerit utrum necessarium atque expediens censendum sit integras Constitutiones Instituti Ordinariis locorum exhibere cum novum centrum in propria uniuscuiusque dioecesi aperiendum sit vel venia ad laborem apostolicum corporative exercendum expostulanda: et quatenus negative, quae documenta Instituti ipsis Ordinariis communicare necessarium sit atque expediens.

Et Deus...

Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attenta Instituti *Opus Dei* speciali ratione, respondendum censuit:

Ad 1.um: *Negative* et ad mentem. Mens est nec necessarium est neque ex regula expediens dici potest integras Instituti Constitutiones aliaque documenta interna Ordinariis locorum communicare.

Ad 2.um: Haec tantum documenta Ordinariis expostulantibus necessario communicanda sunt: 1) Decretum approbationis Instituti et Constitutionum; 2) summarium Constitutionum a S. C. approbatarum; 3) privilegia, si quae habeantur vel in posterum obtineantur, relate ad ea in quibus Congregationes clericales iuris pontificii, inter quas Institutum ex iuridica recognita aequiparatione enumeratur, Ordinariis locorum necessario subiciuntur, et servata norma can. 51.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Religiosis, die 1 augusti 1949.

Il rescritto venne pubblicato una prima volta, con il commento del p. A. Larraona, nel *Commentarium pro religiosis* 28 (1949) 303-304. Ripreso da questa rivista, venne edito, insieme ad altri documenti sugli istituti secolari, da J. Beyer, *De institutis saecularibus documenta*, Roma 1962, pp. 100-101. E infine ripubblicato ancora una volta, sempre con il commento di Larraona, dal *Commentarium pro religiosis* 64 (1983) 351-353, in occasione della trasformazione dell'*Opus Dei* in prelatura personale.